PETRUS COMESTOR
Prag?, 2. Drittel 13. Jh. Seite 67r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8320
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et iterum demon exagitabat eum. et david psal
lentem voluit sicut prius perforare. et fugit da
vid in domum suam. Misit autem saul satelli
satellites nocte circa domum ut mane egre
dientem occiderent. Quod cum presensisset mich
ol. deposuit eum per fenestram. et aufugit.
Michol autem stravit lectulum suum quasi egro
tantis. in quo posuit statuam et pellem ca
prarum. ad caput eius. similitudinem capillo
rum exprimens. et sagis supposuit recuit et
caput spirans. exprimens vel anhelantem. Cum
que saul deprehendisset se illusum dixit ad mich
ol. Cur dimisisti inimicum meum? Que respondit
timui. dixit enim michi. dimitte me. alioquin
interficiam te. David autem fugiens venit in ra
matha. et indicavit sibi omnia que fecerat Samuelem
ei rex. et abierunt ambo in nabaioth qui
est collis in ramatha ubi erat cuneus pro
phetarum. Quod cum accepisset saul. mi
sit lictores in nabaioth. ut caperent david.
Qui cum vidissent prophetas. et samuelem su
per eos stantem. factus est in illis spiritus domini et
prophetabant. Misitque saul secundos et tercios nuncios
qui et ipsi prophetaverunt. et iratus saul abiit
post eos. et antequam veniret in nabaioth
ingrediens prophetabat. et quasi amens factus
est. et exutus veste regia tota die et nocte
canebat cum ceteris. david et samuele clam
videntibus. Quod est contra quod supra legitur.
non vidit samuel saul usque in diem mortis
sue? quia non vidit eum in habitu regio.
Fugit autem david inde et venit ad iona
tham et conquerebatur. Cui ionathas. Absit
morieris. nichil grande vel parvum faciet
pater quod non indicet michi. Cui david.
Scit pater tuus quia diligis me et dicet. ne
sciat hoc ionathas. Vivit anima tua. quia
uno tantum ut ita dicam gradu ego et mors
dividimur. Gradum unum dixit parietem
domus sue. quo interposito evaserat manum
apparitorum. hebreus habet. uno tantum passu. et
est sensus. minimum intervallum fuit inter
me et mortem. fac ergo obsecro quod dicam. Cras
erunt kalende. et ego abscondar in agro. usque
ad vesperam tercie diei. Si requisierit me rex.
quia sedere iuxta eum consueveram ad vescendum.

dices ei. Rogavit me david ut iret in beth
leem quia victime sollempnes sunt ibi
omnibus contribulibus eius. Forte erat neo
menia aliqua sollempnis per triduum.
Quod si dixerit tibi rex. pax erit cum servo
tuo bene. Sin autem fuerit iratus. completa est
in me malicia eius. et ait ionathas. Egre
diamur in agrum. Cumque essent egressi
iuravit ei ionathas. quod quicquid boni
vel mali invenirent apud patrem indicaret
ei. et iuraverunt mutuo sibi fedus inter
se et semen suum. et addidit etiam ionath.
deierare. id est plurimum iurare. Quod autem
interpositum est et requisivit dominus de ma
nu inimicorum david. hoc de illo addidit scrip
tor in spiritu. et addidit ionathas in die qua
operari licet. id est pridiem kalendarum. ut
quidam volunt. Sed melius est ut de sequenti
die intelligatur. Egredieris. et sedebis latens iuxta
lapidem ezel. et veniens ad te post sollem
pnitatem iaciam tres sagittas iuxta eum. quasi exercens
me ad signum. Si dixero puero qui tollet eas ec
ce sagitte intra te sunt. pax tibi est. veni ad me.
Quod si dixero sagitte ultra te sunt. vade. dominus inter
me et te sit usque in sempiternum. Porro pri
ma die sollempnitatis apparuit locus david vacuus.
Et siluit saul estimans david nondum purificatum. Altera
die requisitum a rege excusavit ionathas eum.
et iratus saul dixit ad eum. Fili mulieris vi
rum ultro rapientis. Scio quia in confusionem tuam di
ligis filium ysai. Non stabilieris eo vivente
tu neque regnum tuum. Adduc eum ad me
quia filius mortis est. et ait ionathas. Quare
morietur? et arripuit saul lanceam ut percuteret
eum. et declinavit iona ab eo. Contristatus nec co
medit panem in die illa. Et egressus in agrum
fecit sicut dixerat david. et cum dixisset puero. ultra
te sunt sagitte. remisit puerum in civitatem cum
arcu et sagittis. Et surgens david de latibulo.
adoravit tercio deum. scilicet vel ipsum ionatham.
Et fleverunt valde. et ait ionathas. Quecumque
iuravimus stent in sempiternum inter nos
et semen nostrum. Vade in pace.

De fuga david in nobe.

Et fugit david
in nobe ad achimelech sacerdotem fra
trem achie. Ieronimus dicit ipsum fuisse ach
iam;